



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.D.LXXXI. Sancti Patris Benedicti. M.C.I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

*Mors ejus
tempore
fama.*

tis laboribus, in morbum denique incidit, vitaqne suæ terminum adesse sentiens SS. Ecclesiae Sacramentis muniri expetiit, iisque incredibili devotione perceptis, in lectulo prostratus in genua, psalmum *In Te Domine speravi &c.* exorsus, & ad verba illa *In manus tuas Domine commendabo Spiritum meum* prosequutus, cum dicto felicissimi in manus Creatoris sui expiravit, cœlesti quamprimum lumine cellam mirè illustrantem, & stella lucidissima supra domum in qua sic obdormierat, Patribus Augustinianis qui in Vicino habitrauerant, apparente. Eius à morte facies serena admodum & rubicunda ac verè Angelica apparuit, magno quamprimum concursum populi facto, ut sacrum viri corpus contuerentur supremum & venerarentur, omnibus ex vultu ejusdem, de gloria in cœlis facile ominantibus. *Ex vita ejusdem Mst.*

*Lambertus
Abbas
Blandiniensis.*

Moritur sub hoc idem tempus Lambertus illustrissimi prope Gandam in monte Blandinio Cœnobij Abbas, vir præstantissimus, & eximis magni animi dotibus prædictus, in fornace tribulationis excoctissimus, ab Hæreticis miserè exagitatus, qui & pulcherrimum ejusdem Monasterium in cineres redegere, quod tamen deinceps ille, postquam diu profugus & exul, ad sacrum Casini montem se contulisset, inde reversus præclarè restituit, reductisque exilibus filijs, insigni inducta reformatione, immortaliter meritus felicissime in Domino requievit. *Ex monumentis Blandiniensibus.*

*Marcus del
Vario.*

Decedit hoc ipso etiam anno Beatae memoriae Marcus del Varrio Abbas Palaciensis, & ipse Ordinis in Hispaniæ aliquamdiu meritissimus Reformato, varijs & in vita & à morte signis à Numine, illustratus & commendatus; cuius celebrantis ad aram capiti coelestis aliquando flamma insidere visa est. *Ex Ms. 10. Hispanico.*

Claret Pius Casinas ex Illustri Lotheriorum familia Juris Civilis & facri gnarus creatus à Greg. XIII. Fundanus Episcopus.

*IESUCHRISTI ANNVS. M.D.LXXXI.
Sancti Patris Benedicti. M.C.I.*

*Moritur
Vin. Ludo-
vicius d'
Estrada.*

I Ngens atque illustrissimum terris sydus hoc anno terris eripitur, cœlis inferitur Sanctæ memoriae Ludo-

vicus d' Estrada, verum, sæculi hujus miraculum, de quo jam sèpius supra, et si nunquam satis, si libri hujus permetteret intentio. Et verò etiam, si conaremur: *Quis enim, inquit, Henriquezius, admirabilem concentum Virtutum ejus, pro dignitate commemoret? Quis ineffabiles, ut tua loquar, doctrina & sapientiae opes: quibus eum DEUS locupletavit; cœlestia dona quibus eum ornavit explicet?* *Quis eximiam animi demissiōnem, invictam patientiam, amabilem mansuetudinem, prudentiam singularem?* *Quis mentis robur in his qua difficultia sunt pro D.E I. amore suscipiendis?* *Quis præter DEUM enumerare posset, quot ille animas, Ejusdem ex visorū cæno & ex ipsis portis inferis singulare encomium revocarit?* *Quæ virtus ex tot civitatibus & provincijs, re & nomine Apostolicus Pre-dicator eradicari?* *Quot perditionum hominum animas sacris suis concionibus, ac sanctissime Vitæ exemplis, ad aeternæ salutis iter redixerit?* *Qua quidem tanta virtutum fragranzia, ac verum Divinarum luce, undique resplidente, quid mirum, si invictissimi Regu Philippi, ac tot virorum principum animos, voluntatesque adeo-sibi devinetas haberet, ut quidquam majoris momenti, eo non annente peragere, irreligiosum esse putarent, &c.* Hucusque citatus, fuit orationis studio deditissimus, in quam dum ferventius incumberet, Divinis sèpius splendoribus circumfulsus, & Angelicis spiritibus cingi viuis est. Vita excelsit 2. Die Junij, magno bonorum omnium, & Regio luctu, sed & communī omnium Societatis Jesu Patrum, quorum Auctori S. Ignatio erat charissimus & singularis Societatis præfatæ assertor inconsolabiliter deploratus. *Ex Petro Calzolario, Auberto Miraeo, Nicolao Orlan-dino, Henriquezio &c.*

Supremus hic etiam annus est Veneranda & immortalis memoriae Viro Jacobo Billio Abbati S. Michaelis in Eremo Diocesis Lucionensis Mo-nasterij, de re litteraria meritissimo. Hic ex Nobilitate Carnutensi trahens originem, Guisla natus est, proximo Atrebatum & Hannorum finibus oppido, quod Ludovicus pater eius homo strenuus & spectatae in Bello solertia & felicitatis tunc temporis no-mine Francisci I. Galliarum Regis gu-bernabat, A puero litterarum studijs deditus, in omnibus egregie se exer-cuit,

*Divinis
Splendori-
bus cir-
cumfusus.*

*Jacobus
Billio Abb.
S. Michaelis
lucionensis.*

cuit, ita ut inexplebili cupiditate ad altiora semper anhelaret atque exar- desceret; eō denique progressus, ut & Rēpublicam Christianam, univer- sam, insigni ingenij fœtu demerere- tur, & gloriam sibi compararet sem- piternam. Plurima enim ex Dama- sceno, Chrisostomo, Basilio cæteris que sanctissimis Divinæ Legis inter- pretibus, ac potissimum ex illo singu- lari Scriptore Gregorio Nazianzeno, qui Theologi nomen est meritus, do- ctiissimè fidelissimè transtulit, sed & plurima suipiusmet ingenij mon- nimenta reliquit. Eo autem in om- nibus vigore tanquam ad scopum sua omnia direxit, ut Dei gloriam Catho- licæque rei gloriam & firmamentum querereret, cætera omnia tamquam flu- xa & caduca generoso animo despici- ens, talentis sibi à Domino creditis, usus est ad Domini intentionem. Fa- miliarissimum habuit miraculum sæ- culi hujus Illustrissimum Gilbertum Genebrardum nostrum, Archiepisco- pum & Patriarcham Aquensem, apud quem Lutetiarum parum firma va- letudine hospitatur & Gregorianæ ver- sionis nuper à se recognitæ editionem meditatur novam, sub exitum anni 1581. plisi extinguitur anno aetatis 48. sepultus ad fanum S. Severini. *Ex Mito. R. P. Antonij de Scela &c.*

Dei gloria promovenda aedius.

Joannes Abbas S. Salvatoris.

Antverpienlis Urbis gloria singu- laris, cætera splendidissimæ, nitidissi- mia è gemmis Vivis gemma, Joannes de Mechlinia Sancti Salvatoris ibidem Abbas ad supra accersitum. Præful- vitæ integerrimæ, Immaculata Virginis Dei Matris M A R I A cultui longè addictissimus, hospitalitate & be- nignitate Benedictina longè celebra- tus, virtutis pieratisque odore omni- bus amabilis, cùm triennium solummodo præfuisse, laboribus eximitur & ad requiem æternam evocatur. *Ex monim. ejusdem Cenobij.*

Ad gaudia Angelorum sempiter- na pro vita meritis evocatur, Sancta memoria P. D. Apollinaris à Bauuco Asceta sacri Montis Cafini, qui ab ado- lessentia sua sub Lauro sive Laurentio Abbe Monasticen professus & san- ctæ institutus, exin vitam potius An- gelicam quam humanam duxit, per- triginta annos & Decanum & Magi- strum Novitorum agens, eruditio-

non minus fulgens quam sancto vita exemplo. Obiit denique hoc anno quam felicissimè in Vigilia S. Joannis Baptistæ dum in Missa hymnus Ange- licus gloria in excelsis Deo cantare- tur. *Ex monim. Cafin. per Placidum Rom.*

Nec minor fama & re ipsa Joannes alter, inferioris item Germaniae gemma S. Martini Tornacensis Abbas, fa- milia Jllustri de Queshe, ipse longe illustrior omni Virtute cultissimus ex- titit, ab insigni animi integratitate, fru- galitate sive sobrietate, & prudentia commendatus. Fuit admirabili erga pauperes misericordia & munificencia, imo in omnis generis homines adeo erat beneficus, ut neminem tota Urbe Tornacensi reperires, qui ejus benefi- centiam non expertus, solemniter de- prædicaret. Multa à Geuljs expertus & per sepsus, patientia meritis, & con- stantia Trophæis illustrissimus, felicissima morte carne solitus est, post Majoris Missæ Officium in Choro, & inter Divina officia, à quibus nulla ne- gotiorum mole, abstrahi se patiebatur. *Ex Monimentis ejusdem Cenobij.*

I E S U C H R I S T I A N N I S . M . D . LXXXII.
Sancti Patris Benedicti. M . C . II.

R E Es admiranda! quanto deterio- re in mala omnia præcipito pro- labitur hoc saeculo solitus in omnem licentiam, exemplo & prædicatione invalecentium Hæresum & Hæreti- corum infelix mundus, tanto valentius invalescit apud nostros mundi detesta- tio & contemptus viris non solum ge- neris nobilitate præstantibus, sed & juvenibus delicatissimis, Barrerij no- stri rigorem, ambientibus & ample- citibus; tanto quidem ad ipsum ejus- modi candidatorum confluxu, ut pau- lo post ducentos in suo Fulensi Cæ- nobio Religiosos numerarer, omnes unanimitate, absque ulla contradic- tione, ejusdem arctissimæ disciplinæ ul- trone deditos, omnes revera non tam Confessores, quam Martyres, & qui- dem gravi & diurno Martyrio se- Numini immolantes & quotidie con- secrantes. In quibus manifeste Deus, sua potentiam dextræ mundo exhibuit, dum, quod alias carni intolera- bili videbatur, adeo suis servis, tanta alacritate sibi servientibus dulcoravit,

ut

Joannes Abbas S. Martini Tornacensis.

v. Joann. Barrerij & numeri suorum & meritis agetur.